

leta, scriptas preces, reliquias cum certa formula, quod non sint abique confessione mortuorum, aut a sclopis, bombardisque ledendis, fecum deserunt. Ratio est eadem, quia scilicet hoc signa nec a se, nec a Deo viti habent ullam ad eiusmodi effectus. Quod ad reliquias tamen pertinet, observandum cum D. Th. 2. 2. quest. xxv. art. 4. ad 2. quod si portentur ex fiducia Dei, & Sanctorum quorum sunt reliquie, non erit illicitum. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud, cum, puta quod vas esset triangulare, aut aliquid aliud huiusmodi, quod non pertinet ad reverentiam Dei, & Sanctorum, effectus superstitiosus, & illicitum. Admonet praterea Angelicus, dum deseruntur imagines sacre, aut pagine in quibus exaratum sit Evangelium, cavendum esse primum, ne quidquam falsitatis contineant adversus sacram Scripturam, consuetudinem, traditionemque Ecclesie denique ne scriptum aliquid sit quod ad demonum invocationem pertineat, aut nomina ignota, aut characteres, vel figura misticant, sicut crucis exceptio. Verborum dicam, tum est licita reliquiarum, sacrumque imaginum delatio, quando in solo Deo spes habetur, media etiam Sanctorum intercessio; licet sine rebus honos, & reverentia exhibetur propter solam relationem ad Deum, & Sanctos, quocumque alia vana observatione seclusa.

IV. Superstitiosum est sacra verba proferre ad movendum anulum e filo pendente: quoniam hac verba nullam habent virtutem ad talem motum inferendum. Quare, si motus contingat, a demone est. Superstitiosum quoque committitur qui ad colium suspensas gerant philtenas, seu ligaturas remediis, que suapte natura inepta sunt ad pellendas infirmitates: item ii qui Sanctorum imagines in flumen proficiunt, & ibidem decidunt, donec a Deo pluviam obtineant. Si plura cupis, leges Delirium Lib. III. disp. magic. pars. II. q. IV.

V. Observantia futurorum eventuum est predictio prospera vel adversa fortune ex signis profus inceptis ad enigmata prescientia: puta si quis observet dies, tempora, hominum occursum, alique similia, quibus moveatur ad quiddam agendum, vel omittendum, tamquam insautum. Libet nonnulla transcribere ex D. Augustino, qui Lib. II. de doctr. chr. susceperit plurima superstitiosum exempla. Mittam nunc ea que pertinent ad alias superstitiosum species, & aliqua dumtaxat ex his que pertinent ad vanam observantiam, bre-

viter exhibebo. Hec ergo scribit Augustinus cap. xx. & seq. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturae, atque remedia, que medicorum quoque disciplina condemat, sive in precationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant, sive in quibusdam rebus suspendendis, atque illigandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad qualdam significationes aut occultas, aut etiam manifestas: quae mitiore nomine Physicam vocant, ut non quasi superstitiose implicare, sed natura professe videantur; sicut sunt in aures in summo aurium singularum, aut de struthionum ossibus anse in digitis, aut cum tibi dicitur insipienti, ut dextera manu sinistra pollicem teneas, servationum, si membrum aliquid salerit, si inunctum ambulantis alicuius lapsi, aut canis, aut puer medius intervenerit: atque illud quod lapidem calcant, tamquam dirimpentem amicitiae, minus molestum est quam quod innocentem puerum colapho percussurum, si pariter ambulantis incurserit. Sed bellum est quod aliquando pueri vindicantur a canibus. Nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam canem qui medius intervenit, ferre audeant non impune. Namque vano remedio cito interdum ille percussorem suum ad veram medicum mittit. Hinc tunc etiam illa: limen calcare, cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis, dum se calciat, stertuerit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis a foricibus roditur, plus timere inspicionem futuri mali quam presens damnum dolere. Unde istud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam, qui sibi a foricibus corolae caligae diceret: respondit, non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si forices a caligis roderent. Plurima alia que ibidem prosequitur Augustinus, pratero, eo quod extrationibus que hadenus allatae sunt, cuique contemptum esse potest, quoniam sunt superstitiosum damnanda, quae ab eadem purganda.

CAPUT X.

De magia naturali, eiusque effectibus.

I. **M**agia generatim accepta ars est mira quaedam, & insolita operandi. Tribuitur in species duas, naturalem nempe, & superstitiosam. Naturalis est que natura-

lium causarum usui, & applicatione occulta, & mira operatur: superstitiosa que demonum auxilio insolitos effectus producit.

II. **Q**uest. I. Est ne licita magia naturalis? Resp. Sententia adfirmans communis est, & vera; que tum ratione, tum exemplis & sacra Scriptura, & historia, profana petitis evinci potest. Magia liquidem naturalis, Philosophia est, que causarum naturalium vim, & efficacitatem penetrans, earumdem usui effectus edit, qui insoliti, & miri videntur indoctis, ac imperitis, quibus causarum vires occulte sunt. Hinc Philosophi, & sapientes Magi olim vocabantur. Genesis cap. xxx. legitur, hac arte usum fuisse Iacobum, qui virgas amygdalinas in canalibus aque defixit, ut ad eadem respicientes oves, maculosos fravissimi, animal ferore libidinis periculum vias imagines attrahere, fetisque imprimere. Huic apprehensionum in ferventi coitu concepte adscribi forte verius possunt maculae ille que in nonnullis etiam viris, ac feminis conspiciuntur. Hanc naturalem magiam didicisse Iacobum, dum scholas Melchisedech frequentabat, docet Tullius in cap. xxx. Gen. Tobias quoque hac arte usus fuit, cum oculorum lambrarem patri restituit seculo piscis. Qui plura hac de re cupit, legat ceteros inter Albertum Magnum Lib. VIII. & Lib. XXII. si tamen opus illud sit illius genuinus sermo.

III. **Q**uest. II. Qua ratione & via magia naturalis a superstitiosa severi valet? Resp. Farentur omnes difficilimum esse internoscere, & distinguere, num effectus plures a naturali, vel superstitiosa causa proficiantur. Nam ad istorum effectuum distinctionem necessaria est virium causarum naturalium comprehensio. Tria tamen praescribi signa solent. Primum est causa cognitio, videlicet si inepta natura sua deprehendatur ad talem effectum pariendum. Porro tum causa potissimum inepta prorsus indicatur ad effectum inducendum, cum patrat effectus in applicatione causae adhibet ligaturas, characteres, verba apocrypha, nomina ignota: si tot ligamenta, & non plura, tot cruces, tot verba, & alia ad genus similia adhibeantur. Tunc enim demonis arte effectus illos produci sentiendum est: quippe certum est praefatos characteres, ligaturas, tot & non pluribus vicibus repetitas, ac cetera que adhibentur, nulla vi pollere ad effectus eiusmodi producendos. Secundum signum est ex modo operandi, videlicet si hac fiant in re valde distanti, si brevissimo temporis intervallo effe-

ctus causetur; ut si repente a gravi morbo animal, sive homo curetur: si longum iter plurium leucarum usui hora quadam consticiatur. Tertium colligitur ex effectus natura, quando nempe certo scitur, talem effectum humanas excedere vires, induriamque.

IV. **Q**uest. III. Quando dubium est, procedat ne effectus a causa naturali, vel arte superstitiosa, quid presumendum? Resp. Salmant. tract. xxx. cap. xi. punct. ix. n. 112. contendunt presumendum esse a causa naturali proficiet, eo quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda: afferuntque auctoritatem D. Thomae 2. 2. q. lx. art. 4. ubi quatuor modum instituit, sint ne dubia in meliorem partem interpretanda; & hac verba ex eodem transcribit: Ubi non apparent manifestae indicia de malitia alicuius, debemus cum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium est. Doctrina hac vera est, sed quatuordecim resolvenda male, & contra expressam Angelici mentem applicatur. Alia quippe regula servanda est in interpretanda hominis mala, vel bona voluntate; alia in interpretatione dubiorum que occurrunt de rebus ipsis. Nemo praesum malus debet, nisi probetur. Ideo quando dubitatur, sit ne bonum, aut male hominis voluntas, semper ad meliorem partem flectendum est iudicium. Quando vero dubitatur, sint ne vera, aut falsa propositiones, sint ne honeste, an vitiose resum naturae; tunc id quod verum, & securius est, amplecti debemus. Audiamus Angelicum ipsum. Aliud est iudicare de rebus; & aliud de hominibus. In iudicio enim in quo de rebus iudicamus, non attenditur bonum, vel malum ex parte ipsi rei de qua iudicamus, cui nihil nocet, qualitercumque iudicemus de ipsa; sed attenditur ipsi solum bonum iudicantis, si vere iudicat, vel malum, si falso: quia verum est bonum intellectus, falsum autem est malum ipsius, ut dicitur in VI. Etb. Et ideo unusquisque debet viti ad hoc quod de rebus iudicat, secundum quod sunt. Sed in iudicio quo iudicamus de hominibus, praesepit attenditur bonum, & malum ex parte ipsius de quo iudicatur: qui hoc ipso honorabilis habetur quod bonus iudicatur, & contemptibilis, si iudicetur malus. Et ideo ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio, quod hominem iudicemus bonum, nisi manifesta ratio vicibus repetitas, ac cetera que adhibentur, nulla vi pollere ad effectus eiusmodi producendos. Secundum signum est ex modo operandi, videlicet si hac fiant in re valde distanti, si brevissimo temporis intervallo effe-

erit interpretandum. Si vero dubitetur, superstitiosa ne sit, an naturalis effectus productio; tunc inquirenda veritas est, & id quod securus est, amplectendum iuxta doctrinam probabiliorum, & veram. Et in simili eventu iudicandum est, quamvis dubitatio perferat, ut homo ab eiusmodi abilitate actionibus. In dubiis enim tutiorem partem seligere debemus.

V. Admiramus & nos quod occulta sunt nature vires, & quod ex ignorantia naturalis efficacitatis ad plura, & insolita effecta protrudenda non raro homines tribuant arti magice superstitiose quosdam effectus qui vere a naturali causa procedunt. Sed tunc corrigenda est hominum ignorantia, consulendaque sunt nature vires, ac Doctorum placita, atque omnibus expensis, decidendum, quid arti, quid nature debeat accedendum referri. Quod si dubium superfit, tutius erit controversia eligendum. Ad dubia vero tollenda plurimum valet lectio Doctorum, potissimum D. Th. qui hoc de argumento erudit, & sapienter de more disputat. D. Augustinus etiam mira nature portenta recenset. Nonnulla eius verba perstringam: sic enim scribit *Lib. XII. de Civ. Dei c. xxv.* Nam & hominum quorundam naturas novius multum ceteris dispares, & ipsa raritate mirabiles, nonnulla, ut volunt, de corpore suo facientium; que aliis nullo modo possunt, & audita vix credunt. Sunt enim qui & aurem movent, vel singulas, vel ambas simul. Sunt qui totam calarem, capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, revocantque cum volunt. Sunt qui eorum que voraverunt incredibiliter plerumque, & varia, paulatim precordis contractatis; tamquam de lacculo, quod palauerit, integerrimum profertur. Quidam voces avium, pecorumque, & aliorum quorumlibet hominum sic imitantur, atque exprimitur, ut, nisi videantur, discerni non possunt, non non possunt. Nonnulli ab imo sine pudore illo ita numerolos pro arbitrio figuris edunt, ut ex illa etiam parte cantum re videantur. Ipse sem expertus, fidare hominem solere, cum vellet. Notum est quoddam flere, cum volunt, atque ubertim lacrymas fundere. Iam illud multo est incredibilibus, quod plerique fratres memoriam recentissima experti sunt. Presbyter fuit quidam nomine Resitutus in parocia Calamensis Ecclesie, qui quando ei placebat (rogabatur autem ut hoc faceret ab eis qui rem mirabilem coram seire cupiebant,) ad

imitatas quasi lamentantis cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat a sensibus, & iacebat similis mortuo, ut non folum vellicantes, atque pungentes minime sentiret, sed aliquando etiam igne tenditur, sed non sentiendo, non movere corpus eo probatur, quod tamquam in defuncto nullus inveniebatur anhelitus: hominum tamen voces, si clarus loquerentur, tamquam de longinquo se audivisse, postea referebat. Plurima hinc, & alibi recenset Augustinus que occultis nature viribus, lecus artis superstitiose tribuenda decernit. Non itaque dicimus sine maturo, gravique examine previo reputanda esse superstitiosa nature portenta: sed solum asserimus, tutiorem partem esse eligendam, si post grave studium, & serium examen prudens dubium remaneat.

VI. Quæst. IV. Quid dicendum de iis qui salutatores nuncupantur? Resp. Eos vocant Theologi salutatores qui virtutem, offendant medendi pluribus morbis, ut rabiei, seu hydrophobæ, vulneribusque letalibus, figneris impreso, aut insufflatione, aut quorundam verborum prolatione, aliique signis. Fuisse illi disputant, sit ne naturalis eiusmodi virtus, reperianturque reapse eiusmodi salutatores qui morbos curent. Quod reperiantur, vix revocant in dubium. Plinius *Lib. XXVIII. cap. 11.* ut refert Azorius, questionem hanc discutit; relolvitque incertum esse, valeant ne incantamenta carminum ad medendum; & cap. 1. scribit, dente hominis vi interempti gingivæ, & oculorum suffusiones felle hominis lanari. Porro *cap. 111.* narrat, fuisse in Africa Psillos, & in Italia Morios, & quorum familiis qui dicebantur originem, solo tacta vel salva curabant a serpentibus vulneratos. Subdit fuisse quendam in doliis serpentibus plenum coniectum experimenti causa, & circumlacentibus linguis illatum penitus extitisse. Alios testatur, reptos fuisse quorum iudor multis morbis expellendis efficacem. Itaque contendit Azorius cum aliis, & reperiri eiusmodi salutatores, & eorum virtutem naturalem esse.

VII. Contra sententiæ alii, virtute demonis hæc omnia patriari: quia virtus naturalis haud valet momento temporis morbos curare; & tam mira producere; neque eadem effectus plerumque variis infirmorum operatur. At neque a Deo est eiusmodi virtus, ut ex plurimis

rimis signis colligitur: siquidem salutatores isti ut plurimum homines sunt nequissimi, qui aliorum crumens inhiant; tametsi sacrum veteratoria arte simulat, vel gratis suam remedia offerre, ut hæc liberalitatis larva facilius, & concilius credita est, exierit.

VIII. Tertia sententiæ est, reperiri utique eiusmodi familias quarum viri sint præfata virtute præditi; istorum tamen virtutem gratiam esse a Deo gratis datam, minime naturalem. Primam partem ex eo evincunt quod Inquirunt, & Episcopi permittant eiusmodi salutatores artem suam exercere. Quod vero sanitate non conferat vi aliquam naturali; inde colligitur, quia id ortum habere vel ex qualitate temperamenti, vel ex hoc quod sint tales homines sub hoc, aut illo stellam, aliorumque aspectu concepti. Hoc autem consistere nequit: siquidem omnes homines sub tali constellatione geniti simili essent virtute orati. Nec enim una vel altera tantum famula in univerlo orbe sub hoc stellam aspectu, & positura propagatur. Hac ratione omnes herbe, omnes magnetes eisdem speciei eadem plus, minusve pollent. Nulla ergo ratio suppetit, cur dicamus hos salutatores naturali virtute præfatos a Deo curare. Quod autem hæc virtus gratis a Deo quibusdam conferatur, probant auctoritate Scripturæ dicentis: *Alit datur gratia spirituum in uno spiritu, alii operatio virtutum &c.* Nulla porro assignari potest ratio que fundeat, Deum non conferre aliquibus familiis virtutem, sin universalem, saltem peculiarem ad aliquos tantum morbos curandos.

IX. Quod Deus conferre hanc virtutem possit quibuscumque velit, nemo est qui ambigat; sed quod reapse conferat, & contulerit familiis quibusdam plurimum sæculorum spatio, hoc est quod difficultatem ingerit. Nam nulla ratio, nulla origo illius divini privilegii, nullumque authenticum documentum asserunt, unam ex his familiis in Umbria reperiri ferunt, cuius homines sola benedictione curare eos infirmos solent qui nervorum contractioe, aliique similibus morbis laborant. Quæ omnia mihi suspecta sunt. Siquidem ex nulla probata historia hæc privilegia familiis concessa leguntur. Quod quod nec integris familiis aut Prophetarum, aut Apollolorum, aut aliorum Sanctorum simile privilegium, plurimum sæculorum spatio concessum scimus, quemadmodum impertitur istorum salutorum familiis contendunt recentiores isti Theologi? Quare nobis haud probatur Salmanti-

ensium opinio, qua *tract. XXI. cap. XI. pag. 9. §. 2.* defendunt reperiri reapse eiusmodi salutatores, qui non virtute naturali, sed gratia gratis data a Deo morbos sanent. Eorum potissima, ac unica ratio est, quod Episcopi, & Inquiritores permittunt hos homines libere suam exercere artem, illoque plures Theologi approbent. Quæ ratio licet ratio faciendi, ceteri iudicent. Quod nobis probabilius videtur, est, nullis familiis hanc virtutem sanandi recentior morbos concessam esse. Privilegium a Deo Galliarum Regibus concessum curandi *froniam*, vulgo *serofole*, probati historici narrant; ideoque creditur admittendum. D. Thomas *Lib. II. de reg. Princip. cap. XVI.* portenta que interdum Reges Francorum operati sunt, illos patrafæ scribit vi sacre unctionis, quæ tincti sunt. *Chius*, inquit, *sanctitatis etiam argumentum ostendimus ex gestis Francorum &c.* B. Remigii super Clodoveum Regum primum Christianum inter Reges Francorum, & desolatione olei desuper per columbam, quo Rex præfatus fuit munitus, & invagantur possessori, signis, portentis, ac variis cæcis apparentibus in eis ex unctione prædicta.

X. Plura signa produunt laudati Salmanticensis, aliique Auctores communiter, quibus istorum salutorum superstitio internoxi queat. Nam & ipsi advertunt, severiore examine uti debere superiores, antequam eiusmodi officio defangii illos sinant. Superstitiosi porro exitimandi sunt, si futura prædicant; si laminas adentes manibus attrahent illas; si solo anhelitu fornacem extringant, aut tepescant; si signata impressa ostentent, aut tepescant; si figurata approcere, quam illos unquam viderint, effusant; si in conspectu aëtheris salutatores sanare he morbos non posse asserant; si artem hanc se ab aliis didicisse asserant; vel addant, se eadem podere, quod sint legitimi filii ex masculis natis, immediate nullo semineo parvulo interposito; denique si definitis verbis, lecus alius, mædieri he morbis possent asserant. Hæc & alia signa exhiberi solent ad dignoscendum istorum salutorum superstitioe. A Deo ergo Christi fideles sanantem petant; sanctorumque virorum intercessionem implorent, missis istis præstigiatioribus; qui, ut mea præfert opinio, si quid operantur insolitum, aut demonis ope id præstant; aut id sortituro, & naturali vi interdum accidit. XI. Quæst. V. *Licinus ne reputari ensilimus debeat?* Resp. Ensilimus oratio precatoria est ex facris verbis compacta ad morbos pellendos: & quia ut plurimum ex plurimorum

verbis componitur, *ensalmus* oratio isthac nuncupatur. Duplex *ensalmi* genus Theologi distinguunt. Alterum est *invocativum*, cum scilicet preces Deo funduntur ad implorandum divinam misericordiam, qua a nobis, vel a proximo reverat Deus dignetur morbos, aliaque temporalia damna; ita tamen ut his precibus pro aliis certo & infallibiliter non fidamus, sed tota fiducia nostra in divina bonitate sita sit. Alterum est *precatorio* ex certis, definitivis verbis, quibus infallibilis tribuitur vis morbos sanandi: & *ensalmus* hic appellatur *constitutivus*. *Ensalmus* primi generis licitus est, honestusque, sive publica, sive privata sit auctoritate confectus: nihil enim in eo est quod reprobari vis valeat. Siquidem non licitum modo, verum etiam sanctum est, a Deo infirmatum, dolorumque sanitatem, & alia temporalia bona, prout ducunt ad eterna, petere. Quod enim preces sub certa verborum formula componuntur, nihil mali occidit; dummodo tali ordinationi, & formula nulla efficacitas ad effectum obtinendum tribuatur. Alterius generis *ensalmus* illicitus est, & superstitiosus: quoniam nullis verbis (sacramentalibus exceptis) contulit Deus infallibilem virtutem producendam effectum aliquem. Nec talis virtus inest naturaliter illidem verbis. Restat ergo quod *ensalmatores*, eiuismodi sacra verba pronuntiantes, pactum expressum, aut tacitum cum demone habeant. Nam eo ipso superstitiosus rei sunt *ensalmatores*, quod certo credant talibus verbis inesse aliquam certam sanandi virtutem; vel quod sit eidem talis virtus a Deo communicata. Promittit utique Deus ministris Ecclesie, quod demonia eiciant, linguis loquentur novis, serpentes tollent, quod super agros manus imponent, & bene habebunt; at non hoc in sensu, quod definitur euidam verborum prolationi, ut fit ab *ensalmatoribus*, hominibus vasis, & nequifimis, annexa fit certa sanandi virtus; sed quatenus ipse pro sue voluntatis consilio eorum petitiones quandoque exaudiet, & quandoque non exaudiet. Hec omnia communia sunt penes Theologos. Lege D. Thom. 2. 2. q. xcvi. arti. 2. & 4.

XII. Quest. VI. *Datur ne virtus naturalis qua aliquis valet solo aspectu fascinare?* Resp. Fascinatio est veluti prava quaedam qualitas oculis inlita, & orta ex maligna quapiam affectione anime intentus. Dividitur a Theologis in *vulgarem*, qua ex vulgi opinionis proficitur, cum scilicet vulgus credit posse homines sola visione invidio animo con-

cepta fascinare debiles infantes; & in *physicam*, seu *naturalem*, qua oritur ex vehementi imaginatione: quam consequuntur humores putridi, corporisque alteratio; hinc oculi ita inquinati effluvijs emittunt veneficos inficientes peronas viles, si sint tenera aetate, debilibusque complexionis: & in *diabolicam*, qua pacto expresso, aut tacito demonis solo visu damnium infert.

XIII. Super propoita questione in utramque partem Theologi disputant. Qui adfirmant id naturaliter posse fieri, plura exempla produunt & basilicis solo visu homines occidentis; & hominum plurium qui, teste Plinio, eadem vi predivi fuerunt, nempe fascinandi sola visione; & mulierum menstruatuum, que speculam aspicientes illud partis sanguineis maculant. Qui negant posse virtute naturali eiusmodi effectus produci, probant ex eo quod visio, utpote actus immanens, impotens fit ad producendum effectum externum.

XIV. Sententia communior, & probabilior est, dari reapse hanc naturalem virtutem, non quod visio ipsa personam videntis alios inficiat; sed quia ex oculis, ceterisque corporis membris effluvia venefica exire possunt, que partes viciniores aeris imbuendo valeant corporis propinquum nocementum idferre. Audiamus quid hac de re scribat Angelicus I. Part. q. cxvii. arti. 2. ad 2. *Dicendum, quod fascinatiois causam assignavit Avicenna ex hoc quod materia corporalis nata est obedire spirituali substantie magis quam contrariis agentibus in natura. Et ideo quando anima fuerit fortis in sua imaginatione, corpus poralis materia immutatur fascinantis. Sed hanc dicit esse causam oculi fascinantis. Super ostensum est quod materia corporalis non obedit substantie spirituali ad nutum, nisi sibi Creatori. Et ideo melius dicendum est, quod ex forte imaginatione anima immutatur spiritus corporis consueti: que quidem immutatio spirituum maxime fit in oculis, ad quos sublimiores spiritus perveniunt. Oculi autem insipienter aerem continuum usque ad determinatum spatium: per quem modum specula, si fuerint nova, & pura, contrahunt quandam impuritatem ex aspectu mulieris menstruatae, ut Aristoteles dicit in Lib. de som. & vig. Sic itaque cum aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, sicut maxime in vetulis contingit, efficitur secundum modum predictum aspectus eius venenosus, & noxius, maxime pueris, qui habent corpus tenerum. Et de facili receptivum impressionis. Possibile est etiam quod*

quod ex Dei permissione, vel etiam ex aliquo pacto occulto cooperetur ad hac malignitas demonum, cum quibus vetula privilegia aliquod sedulo habent.

XV. Hinc sequitur fascinatioem vulgarem superstitiosam esse. Solo quippe visio nequit externum effectum producere. Quin licet fascinato naturalis contingere possit, ut ex D. Thoma dictum est, hanc tamen quam maxime raram credimus. In animalibus venenum reperitur: & ideo facile spiritus, seu effluvia inquinata ex illis egredi possunt, & propinqua corpora inficere. In hominibus, ac etiam feminis venenum non extat: nec facile est quod ex commotione, & invidio animo humores corporis isti corruptantur, atque depraventur, ut ex oculis, ore, naribusque exeant, & viles personas inficiant. Probabiliter non negamus; sed quod reapse hoc eveniat, saltem frequenter, salium reputamus. Ideo fascinatioes, si que contingunt, arte demonis fieri communiter arbitramur. Superstitiosus quoque rex sunt femine ille que puerorum collo appendunt acillas. aliaque signa adverteris fascinatioes. Superstitiosum etiam esse offerre feminis vetulis pueros fascinatos, ut illarum benedictione liberi evadant. Mos iste pravus ex paganorum superstitioe originem traxit, in quem declamat Patriarcha Chrylstonus homil. viii. in Epist. ad Colossas. *Crux Christi debonetur. Elementorum superstitiosi characteres profornunt. Christus eicitur, & inducitur remulenta, & negatrix eius. Mysterium nostrum conculeatur, & seductio diaboli tripudat.*

CAPUT XII.

De magia superstitiosa, seu de maleficio.

I. **D**ari maleficia. Scriptura sacra Matth. vii. & Marc. ix. & alibi passim, & Doctores omnes testantur. Porro maleficium est magia que demonis arte damnium infert. Duplex est maleficium, *veneficum*, & *amatorium*: illud ad nocendum hominibus, brutis, & plantis adhibetur: hoc vero maleficium utuntur ad concitandum amorem carnalem, vel odium eorum quos amare debemus. Veneficum maleficium interdum fit iniectione pulveris in cibum, aut potum, aut super vestes aspersio. Luxta varium huius pulveris colorem diversae inducuntur infirmitates. Si pulveres fuerint rufi, aut cinerici, morbus contrahitur; si fuerint atrii, mors evenit. Hec tamen morborum, & mortis diversitas, non ex colorum diversitate, sed ex demonis ini-

quitate oritur. Varii colores signa sunt, ad quorum positionem demones effectus operantur. Malefici interdum utuntur venenis, quibus naturaliter nocementum inferre valent. Innumerae sunt vias quibus malefici nocere hominibus possunt, quas videre poteris apud Sprenger in *Mallo Malef. Tom. II. Delirium L. III.* plerumque alios. Nolim tamen ut omnibus que narrat, fidem adhibeas. Maleficium *amatorium*, quod *phylstrum* etiam graece appellatur, duobus modis executioni mandari consuevit. Primus modus est, dum aliqua comedenda, aut potanda porriguntur, que suapte natura ad venenum simulare solent. Nullus autem cibis, vel potus, quin nec demones ipsi concitate determinate amorem valent, voluntatemque inflammare; sed tantum corpus calefacere, & humores commovere, sensus immutare, ac illas personas sensibus obicere, earumque qualitates representare quo amorem eiere aptas sunt. Secundo modo hac amatoria malefici confici solent sacrosanctis nostre religionis sacramentis, ut oleo, & hostia consecratis, thure, & aqua laustrali benedictis. Semper eiuismodi maleficia comedenda, aut bibenda maleficandis exhibentur, sed ex trinitate aut vestibus alligantur, aut sub lecto, in quo iacere, vel sub limine ostii, vel alio in loco, per quem persona que maleficio infici tentatur, transire debet, absconduntur. Artificia quibus utuntur mulieres Babylonice ad concitandum virorum concupiscentiam describit Propheta Baruch cap. vi. *Mulieres circumdant furibis in visis sedent, succedentes ossa olivarium. Cum aliqua ex ipsis attrahat ad aliquo transiente, dormierit cum eo, proxime sue exprobrat, quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque fides eius disruptus sit. Omnia autem que ab illis fiunt, falsa sunt. Hec, & similia praestigia nequeunt ullo modo commovere voluntatem; sed signa sunt, ad quorum positionem demones concupiscentiam hominum accendunt.*

II. Ad eiuismodi maleficia expellenda sancta mater Ecclesia proponit novissimorum meditationem, iuges ad Deum, & B. Virginem preces, incrementorum frequentiam, ieiunia, cilicia, flagella, elemosinas, atque assiduas corporis macerationes, humilitatem spiritus, & id genus pia opera. Item fuba occasioem, maxime pleularum, & mulierum, que vere sunt impudici amoris incitamenta, seu incantamenta. Remedia que Philoophi contra hunc impudicum amorem maleficio accensum proponere solent, vana sunt, & fu-

perditionis plena. Herba promethea, lupi virga, rubeta in corio pecoris alligata, hirci urina, & alia, de quibus Plinius Lib. XXVIII. c. XXXVIII. & *leg. superstitiosa sunt*; sicut aliqua permulta que congerunt, ut fercus amice mulieris in calces inclosum: quod foetidum remedium amentes dumtaxat, & stupidi adhibere valent. Addunt tamen communiter Theologi, præter sacra remedia quæ Ecclesia in suis ritualibus prescribit contra quæcumque maleficia (quorum, præter resensita, potissima sunt viva in Christum fides, Crucis signum, Beatiſsimæ Virginis, Sanctiorumque invocatio) licitum quoque esse, atque utile naturalium remedium utium: non quod naturalia remedia in demonibus auctores maleficiorum agere valeant; sed quatenus sedare humores noxios queunt, & compellere, illosque expellere, ut ex sacra Scriptura colligitur. Nam David suavi fontu lustrificat Saul, a quo spiritus malus recedebat: & Tobias fano teoris Afmodam expulit. Flores quoque herbas, ut salivam, rutam, herbanam, aliasque prodesse ad maleficia propulanda, prout praves humores expellant, aut corrigunt, purgantque, docent Plinius, Galenus, Aristoteles, & communiter medici.

III. *Quæst. I. Licet ne maleficium alio maleficio curare?* Resp. Non desistere, qui docentur, licitum esse petere dissolutionem maleficii a maleficio qui ad id præstandum parati sunt; quemadmodum, necessitate cogente, licet petere ab usurario pecunias sub usura, a Sacerdote in mortali existentis sacramenta. Verum communis & sana sententia negat licitum esse petere dissolutionem maleficii a maleficio, quantumvis paratis ad id præstandum. Ratio evidens est. Quoniam, sicut maleficium opo demonis peractum est, ita & demonis expressa, aut tacita invocatione tollitur. At invocatio demonis natura sua mala est. Ergo semper illicita, & superstitiosa. Ea enim quæ genere suo mala sunt, queque nulla ratione a malitia purgari valent, nunquam facienda sunt, ut bona evaniant, dicit Apostolus ad Rom. 111. Hinc Deus Levit. 19. iubet: *Non declinetis ad magos, neque ab haridolis aliquis lesentemini, ut polluantini per eos.* Adversus eos qui rantum sceleris perpetraverint, pecnam constituit ibidem cap. xx. vers. 6. *Anima que declinaverit ad magos, & haridolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.* Nonnisi fornicationis Scriptura in-

telligit commercium, communionemque mutuum cum magis.

IV. Hæc omnia clara sunt, suscipio explicari haud indigent. Rationes quo opponuntur, nullius sunt momenti. Nam licitum est sacramenta petere a Sacerdote sacrosancto, & pecunias ab usurario: quia & sacramenta administrare, & pecunias mutuo conferre licitum, honestum, & sanctum natura sua est, atque ex sola hominis nequitia utrumque reddi potest flagitiosum. Postulatur utique quod ex lui indole honestum, quod sanctum est, quod valet sine culpa præstari; crimen autem & scelus omnino est præter intentionem petentis, & ab alterius nequit operantis malitia solum procedit. Quod autem subditum licitum esse petere a demone ut desistat maleficio, sicut exorcistæ faciunt: & quod a demone non possunt effectus possivus pravus, sed destructio maleficii, que sanape natura bona est: hæc & similia sophistata sunt. Quoniam quæcumque communicatio cum demone illicita est. Cum demone communicatur, & ut superior suspicatur, dum ab eo postulatur ut a maleficio desistat. Exorcistæ imperant divina virtute, suæque dignitati, & potestati illum subiciunt; quod licitum est. Dum vero petis ut desistat a maleficio, illius opem imploras, eidemque te subicis; quod iniquum est. Destructio maleficii bona est licito medio obreata: scelus medio illicito, & superstitioso peracta. Quare destructio maleficii medio exorcismo præstita bona est; iniqua vero alio maleficio parata. Nec dicas, te non subici demoni, quin illum cogere ut maleficium tollat. Quoniam aut id præstas auctoritate Ecclesie, vel auctoritate privata. Si auctoritate Ecclesie, & Dei eum cogis, licitum est; ad hoc tamen, ut tali auctoritate prædici sis, oportet. Si auctoritate propria id efficias, hoc ipsum argumentum est, pactum quodpiam tacitum tibi adesse. Si tamen in Christum fide, & spe demonem oburgares, ut a dampno inferendo desisteret, haud esses superstitiosus reus. Illicitum quomodo est inducere maleficio, ut benedictione maleficia tollant: quia malefici hæc benedictione abutuntur, tanquam signo, quo possunt demon promittit te a maleficio cessaturum, aut illud ablaturum. Remediis ergo dumtaxat ab Ecclesia prescriptis utendum est ad maleficia propulanda. Illicitum denique est tollere maleficia aliis ritibus vanis: quia ritus vani inepti sunt ad inducendum effectum; & si forte inducant, demonis auxilium intervenit.

V. Quæst.

V. *Quæst. II. Licitum ne est petere a maleficio ut maleficium auferat, cum tibi constat illum posse medius licitis eiusmodi maleficium tollere?* Resp. Convenit penes Theologos, licitum esse cogere maleficos ut tollant maleficia a medio licito, dum certo constat illos in promptu habere eiusmodi licita media: quia tunc non adhibent maleficia, quatenus malefici sunt, sed ut peritis in arte bona ad bonum opus præstandum. Quemadmodum contra omnes asserunt te illicite petere maleficium dissolutionem, si incertus sis, vel dubites, utrum maleficium sciat medium licitum, quo auferre maleficium queat: quia tunc indillegens est ut medio licito, vel illicito tollat maleficium. Et hæc ratione illicitum idem est petere dissolutionem maleficium non ab eo qui illud peregit, sed ab alio mago, qui tum maleficium, tum signa eiusdem ignorat: quia tunc magus non potest nisi alio maleficio prius maleficium agnoscere: atque adeo petere ut novo maleficio maleficium tolleret. Neque tandem licitum est permittere ut magus medicinam vanam & superstitiosam applicet maleficio.

VI. Ad propositam questionem respondet Caietanus Tom. II. *opus. tract. XII. de malis. quæst. 1.* illicitum esse petere a maleficio dissolutionem maleficium: quia tunc petitur talis dissolutio a maleficio ut maleficio; sicut quando postulatur opus artis ab artifice. Porro maleficus, ut talis, minister diaboli est, cuius invocatio semper illicita est.

VII. Contraria sententia communis est, & mihi verior videtur. Quoniam salium est quod Caietanus pro ratione suæ sententie prodit, videlicet in proposita questione peti a maleficio dissolutionem in ipso maleficio. Quin oppositum loco principii constituitur. Querimus enim, an licitum sit a maleficio petere dissolutionem maleficium in casu quo ille sciat, habeatque in promptu medium licitum ad hunc effectum. Si enim vel dubitatio occurrat, maleficium medio licito carere, tunc fatentur omnes illicitam esse petitionem. Quando ergo nobis constat reapse maleficium habere licita media quibus fascinationem tollere valeat; quid nos prohibet ab eodem petere ut a maleficio liberet licito medio maleficium? Paret enim nos tunc non uti maleficio ut maleficio, sed ut homine habente, & cognoscente licita media ad optimum effectum, qualis est sanitas maleficiati. Profecto hæc ratione dicimus, licitum esse petere pecunias ab usurario, quia licite eas numerare potest; & sacramenta a Sacerdote sacri-

lego, quia sancte valet sacramentorum administratione perfungi; quamvis aliunde sciamus neque usurarium mutuo daturum, pecunias abique usura, neque Sacerdotem ad ministrandum sacramenta sine peccato. Cur hoc; nisi quia malitia tota in pravam feneratoris; vel Sacerdotis voluntatem refunditur? Item ergo profus & de maleficio in casu nostro asserendum: cuius peccatum novi maleficium totum refundendum esset in solam eius malitiam; cum necessarias actiones ad prius maleficium tollendum licite posset exercere, si vellet. Neque vero peccatum proximi; quod unice ex illius perniciosa malitia, non ex imbecillitate oritur, urgente necessitate proprie sanitatis, evitare tenetur. Christus ipse nos docuit, scandalum Phariseorum contemnendum esse. Id dumtaxat negotium successit hæc in re, quod certo sciamus maleficium habere licitum remedium, quo dissolvat maleficium; sicut certo scimus & usurarium posse licite mutuo pecunias dare, & infidela sancte iurare. Neque enim fides adhibenda est maleficio restanti te eiusmodi habere remedia: quia nulla isti digni fide sunt. Ex certis ergo documentis nobis constare debet, maleficium agnoscere licita remedia, quibus tollat maleficium. Et quia vix unquam nobis id constat; ideo nunquam permitterem ut quis a maleficio peteret maleficium dissolutionem. Sed si maleficus testaretur se hæc habere remedia, iuberem ut mihi, vel alteri eadem manifestaret, ut abique illius ope probus homo posset tuis remediis uti, illaque applicare. Alioquin nullam maleficio fidem præberem, si reueneret hæc manifestare innoxia remedia alteri homini probi, qui ea adhibens tollere maleficium posset.

VIII. *Quæst. III. Licet ne maleficio signa destruere?* Resp. Sententia communis, & vera adfirmat. Hoc clare colligitur ex Scriptura Dent. VII. ubi præcipitur, idolorum simulacra, templa, & aras delruere, lucosque succendi. Porro hæc signa sunt, & monumenta superstitiosis, ac veluti diabolice magie. Eadem ergo ratione destruere signa, & instrumenta maleficiorum licitum erit. Neque dici potest, hanc signorum remotionem pactum cum demone, aut invocationem eius, seu aliquam cum ipso communicationem includere: quin eiusmodi signorum destructio infringit pactum, & quodcumque cum demone fecerit. Ad hunc enim finem destruitur signa, nempe ligaturæ, chartæ, capilli, & cetera eiusmodi, ut pactum quodlibet cum demone intum infringatur. Quare hæc fi-

gnorum destructio non est effectus artis maleficæ, seu malefici ut malefici; sed homines resistentius maleficiati sanitate. Omnes ergo qui eiusmodi signa dignoscunt, possunt, & debent eadem amovere, & destrueri. Malefici ad id tenentur ex iustitia, nedum ex caritate; ceteri vero ex caritate, qua adstringunt omnes damna a proximo removere. Nec hanc destructionem impedire iure potest damnus, si quod inde malefico acciderit: quia damnus hoc est præter intentionem dissolvens maleficium; sibi que maleficus imputare debet, si ex pacto cum demone aliquid sibi damnus. Hæc omnia communia sunt, plurimoque pro hæc sententia laudant Theologos PP. Salmanticenses *tract. 11. cap. xi. puncti. 10. §. 3. num. 158.*

IX. Contraria lententia tribuitur Iohanni Hellesio Lovaniensi, qui contendit illicitam hanc esse destructionem, eo quod autumat in maleficio duplex iniri pactum cum demone, alterum nocendi signo posito; alterum defendendi a nocimento eodem remoto signo. Hoc autem absolute verum non est. Sed admissio etiam hoc duplici pacto, non inde sequitur quod illicita evadat malefici destructio. Nam si dissolutio malefici facti ab homine non maleficio, tunc nulla potest esse suspicio pacti cum demone: quia hæc signa non destruit, opem demonis implorando, sed illum potius fugando, eiusque instrumenta amovendo, ut ab inferendo damno desistat. Si vero maleficus ipse hæc signa destruat, id præterite valet, quod demonis auxilium pollicetur; sed potius foedus initum infringens eiusque penitens, nullam in posterum se cum demone communicationem habere velle ostendit. Nam qui hæc signa destruit, a demone sanitate, seu beneficium quoddam non postulat; sed signum destruendo, illum compellit ut a nocendo desistat. Si plura cupis, lege Debitum *lib. VI. cap. 11.*

X. Quæst. IV. Maleficus qui demoni chirographum proprio sanguine subscriptum tradidit, debet ne illud redimere, ut terram peragere penitentiam valeat? Resp. Eo impietatis maleficorum plures prolabantur, ut a Deo, sacramentis, ceterique christianæ religionis mysteriis nuntium remittant; atque ut firmus sese demonis servituti mancipent, mutuum sanguine incurrunt, scripturque proprio sanguine obfirmant: quod postea demoni contulendum tradunt, tanquam promissæ fidelitatis obfidem. Vulgaris obtinet error, haud posse maleficum sinceram agere penitentiam, nisi eruet ut demoni scripturam hanc sibi restituat:

quæ persuasio falsa, & erronea est. Nullum quippe peccatum est cuius penitere nequeat impius, si velit, Dei gratia adiuvante. Porro, ut ipsum vere peniteat, satis est ut toto corde peccatum perpetratum detestetur, demoni renuntiet, Deo se sibiicit, eiusque servet mandata. Si maleficus signum quoddam penes se a demone sibi datum haberet, illud comburere deberet protinus in argumentum fracti foederis, & futuræ inimicitiae. Possent tamen malefici ut cognitione, & pecuniis demonis arte comparatis, aliisque rebus, quarum conservatio, & usus a demone nullo modo penderet: quia, licet acquilitio victiosa fuerit, labata tamen per penitentiam culpa, usus licitus esse valeret, ut communiter Theologi docent. Advertunt tamen, frequentissime accidere divitias ope demonis acquiritas falsas esse, atque illusorias. Et tunc talibus uti superfluo, & iniustitia foret. Item si pecunia a demone collata furto comparate essent, illicite retinerentur. Addo ego, licere utique sanitate, cognitionemque aliquam demonis arte acquiritas retinere: quia hæc abiici nequeunt. Quapropter, peccato severa penitentia deleta, usus earundem licitus erit. Neque enim quis sanus ope alicuius malefici factus, sponte egrotare tenetur, & in pristinam infirmitatem se se conicere. Notitiam quoque quam acquisivit aliquis, e mente haud potest delere. Ea dumtaxat, non ad vana, aut curiosa scrutanda, sed ad honestum finem uti debet. Quod ad pecunias attinet arte demonis conquisitas, si vere penitentia, si adverteat sint, illas prociendas omnino censeo. Si rationem quaris, fortissimè evidentem exhibere ignoro. Nec enim male latet, plura illicite parva retineri posse, ut de stipendio scortatione comparato dici solet. Verum intus christiane professiois, ut ita dicam, sensus istarum divitiarum contemtionem, projectionemque iubere videtur. Si divitias quasque contemnerem Dominus docet; si D. Petrus Simonem magum offerentem pecuniam increpavit, dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*: Actor. VIII. vers. 20. ut mea præfert opinio, pecunias quasque penitens maleficus prociere debet. At, inquis, nonne vitium est veras pecunias prodigere, cum optimo usui delervire valeant? Hoc solum evincit quod eiusmodi pecunias possint probo viro tradi in aliquem usum inludendam, quod improbare non audeo, minime vero quod debeant a malefico retineri, ut eisdem dicitur.

I. Tribus nominibus appellari mulieres malefice, seu superstitiosam magiam exercentes, solent. *Lamie* nuncupantur ob quamdam analogiam cum *lamia*, quæ animal monstruosum est, multibrem præterens vultum, ubera prodens, & toto speculorum corpore, quo allicit homines ad eos devorandos, & pueros sugulat, quorum sanguine delectatur. Et quoniam malefice mulieres crudeliter sunt, puerorumque sanguinem sugunt, ideo lamis comparantur ab ipomet Hieremie Thren. IV. *Sed & lamie nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos. Filias populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.* A sagacitate, & vafritia *sage* dicuntur, sive, & ut Marcus Tullius ait, a sagendo, quatenus futurarum, occultarumque rerum presentem anhelantes, demonis artem postulant, ut id assequi valeant. *Striges* vocantur a strige avicula, quæ noctu stridendo volitat, & puerorum corpora aggreditur, sanguinemque exiugit. Quod & præstant striges mulieres, quæ noctu potissimum sua arripunt vitæ, & infantum corporibus insidiantur. Dicuntur etiam *conefice*, eo quod maleficiis utantur, sicutque toto umano generi noxiæ. Si quidem hæc spurcissime demonum pellices & concubine corpora, animalque diabolo devotent: sacramenta religionis, & mysteria eiant, sacras imagines, Crucifixi effigiem, cruces scordant, conculant, conculant: sanctissima Dei, & B. Virginis nomina omnibus contumeliosis insciant: sacram hostiam diabolo intra vilissima vasa urina perfoliam sacrificant. Necatorum infantium longius acubus transfixa cada vera domos apportant, intra ollas elixant, decoquunt usque ad artum dissolutionem, & ebullire sinunt, quoad concreta fuerint in crasum quemdam humoram: ex hoc humore duplicem fecerunt succum, alterum diluunt, quem potant, & quo diabolo solemni sacramento se mancipant: altero pingiore in vase quodam servato corpora propria noctu oblinunt, quando ad conventicula celebranda cum demone accedere statim temporibus debent, ut omnium vitiorum, libidinumque collusionem exerceant.

II. Quæst. I. *Cur femina pro viris maleficis sine dedit?* Resp. Plures assignant Theologi sunt ad credendum; ideo facilius quam viri a demone decipiuntur. Deinde curiositas vitio

laborant, ardentique desiderio futura, & occultata agnoscendi, idcirco facillime credunt illis qui futura prædicant, & abscondita referunt, demonique opem, ut eadem sciant, implorant. Indolis etiam, naturaque flexibilis sunt, atque facile impressione recipient, & revelationes. Impotenti rursus ira abripiuntur mulieres, testante Scriptura, non esse iram super iram mulieris: & cum viribus ad vindictam desistantur, demonum auxilium poscunt. Libidinis quoque æstu præ viris ardent semel vitiate ob maiorem humiditatem. Ut hæc veneris effrenem passionem explent abunde, nocturnis demonum complexibus vacant. Denique tum intellectu, tum voluntate imbecilliores sunt, & deceptioni magis obnoxii: ideo frequentius mulieribus demon apparet, & cum eisdem facilius foedera init. Hinc colliges, quom verum fit Ecclesiastici oraculum cap. XXV. *Brevis omnis malitia super malitiam mulieris.* At simul præpare, quanta hominum fit stulticia, dum salces, animique mulierculis illis submittrunt, illarum imperio parent, illis die nocturne inserviunt, illarumque mancipia evadunt miseriam; ut tandem ex earum commercio, & corpora peste inficiantur, & animus præstigiis fascinetur.

III. Quæst. II. *Cur venie pro iuvenibus feminis præstigiis, maleficisquæ dent operam?* Resp. Duplex assignant Auctores ratioem. Altera est, quod amissæ inventus florem ægre ferentes, odio in adolescentiam, ac iuventutem summo rapiuntur: unde, ut iuvenibus nocent, ad demonem recurrunt. Altera est, quod puerorum sanguinem ad longiorum vitam ducendam, demonis suggestione, credant idoneum.

IV. Quæst. III. *Cur Deus permittat ut lamie, seu striges infantibus, & neonibus potius quam adultis nocent?* Resp. Sædram rationem huicse rei assignari non posse. Auctores omnes fatentur. Quæ enim ratio eorum quæ a Dei volutate pendit, asserti in medium potest? Idæ dumtaxat certo scimus, Deum in maiore fidei confirmationem, ad bonorum probationem, ut homines a peccatis absterrentur, hæc omnia disponere. Aliqui dicunt in penam, aut probationem parentum id Deum permittit. Alii id venire asserunt ob imbecillitatem puerorum, qui resistere nequeant. Alii denique subdunt, striges infantibus insidari, quia ex illorum corporum abiectionis membris, pedibus, manibusque unguentum conficiunt, quod delibatur ad demonum conventicula, & convivia accedunt, seu accedere imaginantur.

V. Quæst. IV. *Transferuntur ne respicere de loco ad locum; an vero phantastica tantum illusionis motus iste contingit?* Resp. Catholici omnes docent, hunc transitum fieri posse: quoniam translatio illæ hæc demonis vires non excedit, ut pluribus exemplis constat. Nam demon rapte tranquillitatem Christum Dominum supra pinnaculum templi, ut communiter Patres docent, teste D. Th. III. Part. qu. xli. art. 4. Simonem quoque magnum in aera translatum legitur, divique Petri oratione delapsum in terram. Quod clarius elucet in Angelis bonis: sivequidem Propheta Daniel c. xiv. inquit: *Angelus Domini apprehendit Habucut in Iudæa in vertice eius, & portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu Spiritus sui.* Et D. Lucas in Act. c. viii. *Spiritus Domini cepit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus, ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem invenit quosdam in deserto.* Porro Angelus nihil naturalium virtutum perdidit, ob culpam. Quare hoc in ordine id totum valde quod boni possunt efficere. Nulla ergo de hac possibilibus translatione facerum questio est. Factum ipsum disputatio spectat. Sunt nonnulli asperæ, qui nulla præmissa facti & possibilitatis distinctione, adversus factum, tanquam omnino impossibile, vocem exaltant. Omnes eiusmodi translationes, quas Auctores cum veras narrat, fabularum loco habent, nulla ratione adiecta, præter aliorum quorundam Scriptorum auctoritatem, qui oppositum testantur. Sed cum istis, lectus illis, fides adhibenda? Inquisitores, in indices crocitant: eosdem incitari, credulitatis, ne dicam fultitiae, argunt, quod sepe striges levare puerint: ac hi ob solas ipsi modum translationes, leucæ ob apolliniam a fide, ob adorationem demoni oblatam plebi illa possent. Hac dicta obiter sint, non quod omnes eiusmodi qui narrarunt, transitus veros reputent; quin frequenter meras esse illusiones assero: sed ut nonnullorum infatigam, & audaciam coercerem, qui incredibili reseritate in graviores Theologos censoriam virgam extendunt; quamvis Theologiam nec extremis labiis desqualaverint. Sed his missis, quod iampridem Caietanus 2. 2. q. xcv. art. 4. cum aliis docet, referre lubet, ut discant novi homines, antiquiores Theologos non adeo credulos fuisse, ne veros omnes reputarent transitus istos. Ex eventibus quoque Caietanus ipse recenset, unum transcribam. "Ego quoque (inquit) ab una muliere amante quemdam scio, quod diabo-

lus unxit eam nudam, suadens illi quod sic duceret eam ad domum sui dilecti, & postmodum, postquam fuit extra se multo tempore, & crederet se cum suo dilecto fuisse &c. invenit se in suo loco ita lassatam, quod refocillatione indiguit &c. Et, nisi ego declararem ei quod imaginatio fuit, & ex tali nuditate ita læda esset, neciret forte utique hodie quod illud non fuerit in veritate. Per hæc tamen non negamus quin diabolus, Deo permittente, quandoque per sonam aliquam voluntariam etiam corpore, ralerit ducat de loco ad locum. Sed hoc RARISSIME videtur accidere. "Quando enim sola phantastica illusione hæc transvectio contingit, ita Martinus (sic enim striges suam demonem vocant) sagarum corpora subit, penetratque, & illarum sensus opprimat, ut nihil omnino sentiant etiam lætæ & singulæ: tales vero demon in earumdem phantasia species, imagines, larvasque imprimit, ut a sapore experietæ revera credant se volitare, alienigenæ domos ingressas, & cum suis dilectis cubasse &c.

VI. Hinc colligas velim, ut difficillimum te præbeas in fide adhibenda mulieribus, sive pravis, sive etiam bonis. Quamvis enim ubique ubique occurrant mulieribus illusionum documenta innumera, non propterea tamen mulierum directores, Confessariique cautions evadunt, sed frequenter in nimia credulitatis extremum delabuntur. Experientia didici mulierculas, que peculiari devotionis, ac sanctitatis famam ostentare ambiunt, Confessarios perquirere credulos, & faciles, quos ut securus in errorem pertrahant, se illis tanquam ancillas & mancipia submitunt, obedientiam vovent, ad nutum pendere se simulant, ut hæc via ipsæ Confessariis minus solertibus tandem imperent, eoque omnino subiciant. Propriam hebetudinem, atque stupidam credulitatem exulare illi solent exemplis Catharinæ, Therediæ, aliarumque Sanctarum; quamvis illi vel semi-Chatharinam, aut semi-Therediam nunquam imbuant. Curent ut lux devotæ mulieris egregia virtutum facinora edant, miracula que Catharinæ, & Therediæ ipsas vifiones comprobent; & tunc eidem certam fidem adhibeant. Verum de his obiter, suffus loqui non auctur.

VII. Oppositam sententiam propugnant Lutherus, Melancthon, plurimique istius furoris sectarii, quibus nonnulli Catholici adherent. Sed omnes isti Andabatarum morem peragunt, hostilem quem feriant,

con-

conflagrant. Enim vero, si possibiles huiusmodi translationes negant; errant turpiter, & manifeste. Si frequentissime phantastica illusiones translationes prælatas, & cetera que illas consequuntur, fieri adfirmant; vix aliquem repugnantem, aut paucos saltem, habent. Nam quod frequentissime in sola illusionis phantastica eiusmodi transitus consistant, ultra ipsi fateantur. Opponunt auctoritatem Concilii Ancyranæ relati cap. Episcopi xxvi. q. 2. ubi prohibetur ne his mulierum magis fidem quamquam adhibeat. Respondent plures cum Severino Binio in notis ad hoc Concilium, præfatum caput libreprium esse, nulliusque auctoritatis. Alii respondent verari a Concilio duntaxat ne credatur sagas super bestias a dea Diana formatas ambulare.

VIII. Quæst. V. *Potest ne demon mulieres sagas, sive viros in selem, mustelam, leporem, aliosque bestias mutare?* Resp. Ante responsum primum omnium transcribo doctrinam D. Th. ex I. Part. qu. cxiv. art. 4. ad 2. que iam sterit ad questionis propositæ decisionem. Inquit ergo: *Materia corporalis non obedit Angelis bonis, seu malis ad nutum, ut demones sua virtute possint transmutare materiam de forma in formam; sed possunt adhibere quædam semina que in elementis mundi inveniantur, ad huiusmodi affectus complendum, ut Augustinus dicit III. de Trinit. Et ideo dicendum est, quod omnes transmutationes corporaliū rerum que possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent prædicta semina, possunt fieri per operationem demonum, huiusmodi seminibus adhibitis; sicut, cum aliquæ res transmutantur in serpentes, vel ranas, que per putrefactionem generari possunt. Ille vero transmutationes corporaliū rerum que non possunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione demonum secundum veritatem perfici possunt, sicut quod corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut quod corpus hominis mortuum reviviscat. Et si aliquando aliquid tale operatione demonum fieri videretur, hoc non est secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum. Quod quidem potest dupliciter contingere. Uno modo ab interiori, secundum quod demon potest mutare phantasia hominis, & etiam sensus corporis, ut aliquid videatur aliter quam sit, sicut supra dictum est: & hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarum rerum corporaliū. Alio modo ab exteriori. Cum enim ipse possit formare corpus ex aere aut ferreamque forme, & figure, ut illud as-*

sumens in eo visibilibus appareat, potest eadem ratione circumponere cunctaque rei corporee quantumcumque formam corpoream, ut in eius specie videatur. Et hoc est quod Augustinus dicit XVIII. de Civ. Dei, quod phantasticum hominis, quod etiam in cogitando, sive somnando per verum innumerabilem genera variatur, velut incorporatum in alicuius animalis effigie sensibus apparet alienis. Quod non est sic intelligendum, quod ipsa vis phantastica hominis, aut species eius eadem numero incorporate alterius sensibus ostendatur; sed quia demon, qui in phantasia sui hominis format aliquam speciem, ipse etiam potest similem speciem alterius sensibus offerre.

IX. Ex hæc sola doctrina constat, a minime posse demones transmutare hominem aut mulierem in bestiam. Hanc D. Th. doctrinam conceptis verbis tradit Angustinus Lib. XXIII. de Civ. Dei. cap. xviii. ubi plura narrat que illusionis phantastica fieri concludit. Nam & Augustinus (inquit cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium; ubi stabularias mulieres imbutas his malis aribus, in casis dare solere dicebant, quibus vellet, seu possent viatoribus, unde in iumenta illico verterentur, & necessaria queque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent; nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem, humanamque servari, sicut Apuleius in libris quos *Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanentes, alius fieret, aut indicavit, aut finxit. Hæc vel falsissimum, vel tam inusitata, ut merito non credatur. Non itaque solam animam, sed nec corpus quidem illa ratione creditur demones arte, vel potestate posse converti; sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando, sive somnando per verum innumerabilem genera variatur, & cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit.*

X. Ad propositam ergo questionem respondetur, nullo modo demones transmutare lamias in catum, mullelam, anserem, canem, ceteraque animalia; sed vel immutare tunc videntium, tum sagarum, que credunt se versas in bestias, aut corpora ex aere compingere animalibus valde similia. Hæc est communis Theologorum sententia.

XI. Quæst. VII. *Possunt ne demones ianuis clausis introducere sagas in domos, & cubricula dilectorum?* Resp. Demones hæc potest efficere ut duo corpora penetrent; valent vero introducere mulieres ianuis clausis

hoc in sensu, quod ess mira celeritate aperire valent, sicut & muros scindere, lapides auferendo, & retinendo tanta celeritate, ut vix humanis percipi oculis possit: foramina quoque exigua dilatate possunt, per que corpora transire valent. Quando defrunt frigus quandoque modo visibiles, quandoque invisibiles id prestant. Dum & lectulo mariti illas transferunt, profundo sopore mariti sensus opprimunt, & interdum corpora ex aere confecta penes maritum deponunt. Vulnera, que non raro apparent in corporibus sagarum, que in bellis modo dicto transformari videntur, inde oriuntur, quod corpora sagarum unita fini corpori aereo repræsentant bellas istas; & ictus vibratus in corpus aereum percutiunt in corpus verum sagarum: vel etiam quando hæc sola phantastica illusionem peraguntur, demon ipse lædit, lauciatque sagarum corpora. E carceribus vero educere sagas demones nequeunt, Deo id impediens: quod experientia patet.

XII. Quæst. VII. Quo in loca conveniunt sagarum cum demonibus celebrantur; quidque in eismodi conventibus peragantur? Resp. Delirius narrat una cum aliis loca esse determinata, in quibus demones cum legibus sua celebrant conventicula. Locum in Italia ferunt esse montem *Veneris* prope *Lacum Nucerinum*. Qua de re videri etiam potest *Spina de Strigibus* cap. xx. Non modo loca, verum etiam tempora definita habent, quibus hæc conventicula peragant. Diebus quadragesimæ, & potissimum hebdomadæ sanctæ, quatuor temporum, aliorumque festorum eadem celebrant. Que porro in his conventibus agunt, sulo calamo narrat Delirius, aliique Auctores. Primum omnium lamæ demoniorum Principem in regio folio assidentem, terrificamque formam preferentem sub specie ut plurimum hirci, vel canis adoratæ accedunt, nunc flexigebibus, nunc obverso tergo, quandoque erubescens in altum iactis, & capite resupinato, ac in calum verso mento. In signum servitutis, & homagii eum in pedice occidunt: filios proprios offerunt, & interdum occidunt. Quibus peractis, mensis assident, & convivuntur. Dapes frequenter ex infantibus oculis paratæ sunt, modo delicatissimæ, modo insipide absque sale dædæcæ. Saturato ventre libidini indulgent, lascivissime cum demonibus se se commiscendo. Mulieres incubis subiacent, & viri cum incubis prepoliteram exercent venereum, nullo prætermisso obsecrificationis, atque nefandissimo libidinis genere. Hæc pauca perluxi obiter. Frequentissime fabulosa, & phantastica esse cætes, ut dixi su-

pra; fieri tamen reapse posse, non est incipiendum.

XIII. Sunt qui negant demones exercere posse carnales actus, cum corpore careant, sicut meri spiritus. Verum communis Catholicorum sententia docet, reipia hæc commixtionem demonum mulierumque accidere. Divus Augustinus *Lib. XV. de Civ. Dei. cap. xxiii.* hoc aperte testatur his verbis: *Et quoniam celeberrima fama est, multi que se experios, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audivisse confirmant, Sylvanos, Panes, & Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos sepe exituisse mulieribus, & earum appetisse, ac peregrisse concubitum: & quosdam demones, quos Dufios Galli nuncupant, hæc assidue immunditiam & tentare, & efficere, plures, & talia se asseverant, ut hoc negare impudentie videatur. Quam doctrinam describit, approbatque D. Th. I. *part. quæst. li. art. 3. ad 6.* additque filios natos ex coitu demonum cum mulieribus, non demonum, sed filiorum a quibus veniens demones suscipere, filios esse. Si tamen ex coitu demonum aliqui interdum nascuntur, hoc non est per semet ab eis descriptum, que a corporibus assumptis, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum; ut ipse quod idem demones, qui est succubus ad virum, fiat incubus ad mulierem; sicut & aliarum rerum femina assumunt ad aliquarum rerum generationem, ut Augustinus dicit *Lib. III. de Trinit. cap. viii.* ut sic ille qui nascitur, non sit filius demonis, sed illius hominis cuius est semen acceptum. Corpora ergo ex aere compacta demones qui commiscunt mulieribus, assumunt, & quandoque coitum peragunt absque veri feminis effusione. Nec enim tanta sunt virtute predicti, qua valeant aut humanam carnem veram, aut humanam semen efficere. Quoties autem coitum aptum ad generationem peragere volunt, aliunde, nempe ab hominibus, semen surripiunt, immittuntque in locum generationis destinatum; quod perquam raro evenire puto. Disputare hic solent Auctores, experiantur ne delectationem sage in hac commixtione. Alii negant, adfirmant alii. Sed, quinam eorum verum asserant, scire non interest.*

XIV. Ex his que dicta sunt, soluta que opponi ad adversarios solent, remanent. Quod addunt, vim prolificam sitam esse in spiritibus, seu estuivis quibusdam, qui, tenuissimi cum sint & subtiles, citissime ac e suis vasis emissi sunt, evanescent, atque disperdent, nullius momenti est. Nam transiitio feminis

quæ

quæ ope demonis efficitur, momentanea est, eaque arte peragitur, ut nequeat spiritus illi tam brevi morala evanescere; maxime cum demon, horum vitalium spirituum virtutem callens, valeat impedire hæc dispersionem. Plura exempla a Philopis, & medicis adducuntur, quibus narratur, mulieres inventas esse in utero habentes fetos, quin virginitatis amiserint florem. Ean eventum quem narrat D. Th. quodlib. vi. qu. lxx. art. 18. *Pollet tamen forte, absque miraculo mulier, salva & minima virginitate, concipere, sicut dicitur accidisse de quadam puella pubescente, quam propter pudoris custodiam in lecto suo pater habebat, qui dum somno pollueretur, semen ad matricem descendit, & puella concepit. Vir autem, salva tali virginitate, possit esse pater naturaliter propter pollutionem nocturnam, quocumque casu ad matricem mulieris perveniret. Alias mulieres in balneo imprægnatas ex femine a viris ibidem decito, ab aliquibus perhibetur. Rara utique hæc sunt; sed ea nihilominus accidisse probatissimum Auctorum testimonio traditur: nullaque evidens ratio occurrit quæ repugnantiæ evincat. Plurima alia essent hic discutienda. Verum qua hæc curiositati potius quam utilitati, ac honestæ cognitioni inveniunt, idcirco ea silentio prolix prætereo.*

CAPUT XIII.

De penis constitutis in sagas, maleficos, eoque omnes qui pactum aliquod expressum, aut tacitum cum demonibus inveniunt.

I. Omnes leges humane, & divine peniendos maleficos statuunt. Deus *Levit. xx. Vir, sive mulier, in quibus pythonicis, vel dræmaticis fuerit spiritus, morte moriantur: lapidibus obruent eos.* Item *Exod. xxiii. Maleficos non patieris vivere.* Leges civiles plurimæ sunt, *sic. de Malef. ut leg. Nemo s. leg. Esti exempta 7.* quæ poenâ mortis plenectionis harolos omnes decernunt. Eandem poenam constituit ius canonicum.

II. Disputant Theologi, si in maleficos lata excommunicatio, vel tantum ferenda esse reapse excommunicatos a iure: quod probat cap. *Si quis harolos*, ubi hæc habentur. *Si quis harolos, aruspices, & incantatores obsecraverit, anathema sit.* Hæc verba, *Anathema sit*, censuram latam, non ferendam significant. Censuram enim optat, sed imperat.

Quare licet præfata verba possent absolute excipere sentium optantis; at tamen, ut a lege usurpata, absolute decernunt, iubentque poenam. Adduci solet etiam *Extravag. Ioannis XXII. cuius initium est, Super illius*, quam refert Emericus in *Director. Inquisitorum*, in qua conceptus verbis excommunicatio statuitur in omnes maleficos. Hanc vero constitutionem reiciunt alii, eo quod in Bullario haud reperitur. Incerta ergo constitutio prætermittitur, transcribam constitutionem Greg. XV. editam 20. Martii anno 1623. cuius initium est, *Omnipotens Dei &c.* ubi hæc habentur: *Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, & de quo apostolice potestatis plenitudine, tenore presentium decernimus, precipimus, & mandamus, ut constituto quod aliquis pactum cum diabolo fecerit, & si fide apertissimo, maleficus, sive sortilegus unam, seu plures personas ita leserit, ut ex maleficio, vel sortilegio mors secuta sit, etiam primo lapsu Curie seculari tradatur debitæ poenæ pendendus. Qui vero, similiter apertissimo, pactum cum diabolo, ut presertim, fecerit, & maleficus, seu sortilegus commiserit, licet mors secuta non sit, infirmitas tamen, alioquin, impotentia generandi, sive animalibus, sive frugibus, vel aliis fructibus damnum notabile provenerit, novo claudi, sive perperis carceribus in sancto Inquisitionis Officio, ubi illud existit, & indurandis mancipari debeat. Qui vero similibus delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopus, sive Inquisitor denunciare tenentur &c.* Igitur si malefici delicto iudicium sit apostolice erimen, ad Inquisitionis tribunal spectat in eismodi maleficos inquirere, & animadvertere; quin, dum malefici in apostoliam incidunt, vel in hærelum ruunt, atque adeo obnoxii evadunt excommunicationi late in Bulla *Cane*; vel si reapse in hærelum non prolabantur, suspensionem saltem vehementem hæresis ingerunt. Signa autem vehementis infirmitatis hæreos hæc sunt: pactum expressum cum demone; rerum sacrarum abusus; diaboli adoratio; eundem invocato, ut exiciantur quo naturalem vim cognoscendi excedunt. Quando autem maleficio annexum est crimen hæresis, aut gravis suspicio eundem; talis criminis iudices sunt hæretica prævitiis Quæstiones. Et cum vix maleficus reperitur qui reus hæresis non sit, aut vehementer suspectus; idcirco malefici ad Inquisitores demandandi sunt.